

Cum Critice Pagii.

CHRISTI
500.

SYMMACHI PAP.
2.

ANASTASII IMP. IO.
THEODORICI REG. 8.

3

II. Meminisse debemus, anno superiori, cum adhuc Theodoricus Ravennæ esset, schismaticis rursum adversus Symmachum insurgentibus, potenterque Visitatorem in Urbem mitti, qui accusationes in Symmachum allatas cognoscet, missum illum ab eodem Rege fuisse Petrum Episcopum Altinensem; quem tantum absuit ut Ecclesia Romana susciperet, ut Regem in eumdem interpellaret; & postea congregato centum & quindecim Episcoporum Concilio, idem Petrus, qui judicium sibi Romani Pontificis arrogasset, fuerit condemnatus; simulque Laurentius, qui iterum a schismaticis fuerat revocatus, eamdem sententiam damnationis excepit. Hæc quidem hoc anno cœpta, duobus sequentibus ita transtacta esse, Anastasius paucis his narrat (*a*): *Eodem tempore B. Symmachus congregavit Episcopos centum quindecim, & facta Synodus purgatur a criminis: & damnatur Petrus Altinas Invasor sedis Apostolica, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho Episcopo pervalet sedem ejus. Tunc ab omnibus Episcopis, & Presbyteris, & Diaconibus, & omni Clero, & plebe reintegratus sedi Apostolica B. Symmachus cum gloria apud B. Petrum sedere Praesul. Hæc ipse, in unum conflans duarum Sy-*

Anno Eccl. Tom. IX.

PAGIUS vit, sub tanta nolumus obedientia custodi, ut sacrilegi reus habatur, quisquis bellunis moribus excitatus, munimen tentaverit irrumperemus iussumus. Hoc itaque anno, quo Theodori us Roma reliqua Ravennam venit, leges suas Edicti titulo promulgavit, Imperatorum Rom. exemplo, qui in Decennalibus, & hujusmodi foennis idem præstare soliti erant.

VI. A. num. II. ad IX. [*z*] Qæ narrat hoc anno Baronius gesta esse in secunda Synodo Romana, pertinet ad annum quingentesimum tertium, quo secundum Schismatis adversus Symmachum conflatum, & IV. Synodus Romana, Palmaris dicta, celebrata est, ut eo anno videbimus, ad quem ideo revocandum, quod hic narrat Baronius de Visitatore a Theodoro Rege misso, qui Episcoporum delicta cognoscet. Quia vero non solum a Baronio; sed etiam ab omnibus Conciliorum Collectibus, aliquique Scriptoribus ordo Synodorum Romanarum sub Symmacho præpostere digestus est; ad confusione vitandam, rectum hic eorum ordinem ex Codice MS. Bibliotheca S. Victoris Parisiensis, a quadringentis & amplius annis exarato, proponam, & suis locis solide confirmabo, singulis Synodis annis, quibus habita fuere, discussis.

VII. In illo itaque Codice Victorino post Decreta Symmachi Papa legitut hic titulus: *Incipit Capitula prima Synodi Romanae sub Symmaco. Tum Synodus his verbis inchoatur: Post Con-*

nodorum res gestas, quarum altera in Basilica Julii, altera in Basilica Sessoriana habita est; prout quartæ sub eodem Symmacho Synodi Acta declarant.

At nobis singula ordine tempore, quo gesta sunt, recensenda erunt. Ex Ennodii diaconi apologetico tunc temporis edito sumenda est ipsa historiæ veritas, & rerum gestarum ordo. Schismatici igitur a Catholica communione divulsi, adversus Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem, contra Romanum Pontificem a Theodoro Ariano Rege Visitatorem perire, eo falso prætextu, quod factio suo teneri debet Romanus Pontifex obligatus, ut qui Visitatores ad cognoscenda Episcoporum delicta mitteret, ipse æque Visitatorem, & cognitorem suorum criminum subire deberet. Porro Theodoricus Rex ad conciliandam Romanam Ecclesiam id fore necessarium ratus, Visitatorem misit, ita tamen, ut aliqua ex parte consultum esset Pontifici dignitati: quamobrem in mandatis dedit Petro Episcopo Altinensi ad ejus muneric functionem electo, ut cum Romam pervenisset, mox Pontificem Symmachum in Basilica Vaticana consistentem conveniens salutaret; sed id adversarii Symmaci, cum in Urbem venit, præstari ab eo penitus vetuerunt. Verum

A 2 audi

Explicit Paulini V. C. Kal. Martii. In fine ejus. Verus erodium Synodi habetur: Explicit Synodus prima Sex Synodorum sub Symmacho Papa. Secunda deel. Deorum Romanorum sub Symmacho Papa. Flavio Avieno V. Cl. sub Symmacho PP. trium, &c. Quæ Synodus his verbis clauditur: habita-

Explicit tercia Synodus Romana sub Symmacho Papa. Sequitur quarta, cuius titulus: Incipit quarta Synodus habita Roma Palmaris sub Theodoro Rege. Synodi vero initium habet: Rufo Magno, Fausto, Avieno, Viris clarissimis Consulibus sub die Kalendarum Novembrium, Sancta Synodus apud Urbem Romanam &c. In fine legitur: Explicit IV. Synodus Romana sub Symmacho. Deinde sequitur hic titulus: Incipit Praefatio Ennodii in libro sequenti. Postea: Incipit liber Ennodii S. Romana Ecclesia Diaconi contra obreversores IV. Synodi habita Roma Palmaris & Symmacho Papa sub Theodoro Rege. Post quatuor illas Synodos legitur: Incipit Altera quinta Synodi CCXVIII. Episcoporum sub Symmacho Papa tempore Theodorici Regis. Quæ recitata habetur haec clausula: Explicit quinta Synodus sub Symmacho Papa: Denique: Incipit sexta Synodus Romana sub Symmacho Papa habita tempore Theodorici Regis. Præterea in Codice Colbertino num. CCL post primum Concilium Romanum sequitur alterum, his verbis inchoatum: Flavio Avieno V. C. Juniore, sub die VIII. Iduum Novemb., in Basilica E. Petri &c. Et

NOTÆ [*z*] **V**isitatorem a Theodoro misum non quidem anno 503. sed anno 501. vel præsenti supponit, nam ex Fragmento laudando a nobis in Nota ad annum 502. 2. constat eo anno Visitatorem illum venisse, quo Synodus coacta & sententia pro Symmaci absolutione data fuit, que nos cum anno 501. ibidem illigamus. MANSI